



Diabolus ubicumque sit, secum fert suam gehennam.

181. Terrenus homo quatuor partibus in Dei provocat.

D. Bernard.

182.

Multipliciter peccator interimitur.

Rupert.

183. Sapient. 5. Omnia armantur contra peccatorem. Nazianz.

184. Luc. 13.

Psal. 50. Omnes commoventur, & conspiciuntur contra peccatorem.

Lingua inflammata à gehenna: Sic ait: Gehenna diabolus est, per quem facta est gehenna: sicut gehenna semper ardet; sic diabolus, ubicumque sit, vel in aëre, vel in terra, secum fert tormenta suarum poenarum; & hac poena commovetur vitiorum flammam suggerit hominibus. Cùm ergo diabolus sit gehenna, quocumque ipse se verit, gehennam secum portat.

Terriò dicitur, quod huic equiti data est potestas in quatuor partes terræ: per quod ad litteram intelligitur universa terra, quæ quatuor habet partes D. verò Bernard. Senen. tomo 3. sermone 3. de merito inspirationum capite 2. ait; quod nomine terræ, intelligitur hic homo, qui quatuor habet partes, una est conscientia peccatoris, terrena præeligans. Secunda consensus voluntatis, terrena diligens. Tertia corpus exequens. Quarta anima peccatoris infatuata, non contradicens; his enim quatuor partibus homo iram Dei provocat, & propterea in eas mittit Deus gladium, citat. D. Bernardus Diabolus potentiam habet in stigendi propter peccata his quatuor plagas, scilicet, interficere gladio, fame, morte, & bestiis.

Quartò dicitur: Interficere eos gladio, fame, & morte: Qui gladio perit, necessarò moritur, & per gladium interfectio mors est; ad quid ergo simul ponitur, interficere gladio, & morte? Et si dicitur morte; cur non exprimitur genus mortis? mortem in communi, & non in particulari ponit, quia tot sunt genera mortis ob nostra peccata, ut non possint explicari, ac exprimi. Rupertus Abbas: Nomen generale, scilicet mors hic positum est, multos continens, vel significans mortium modos, quicumque esse, vel excogitari poterunt, præter gladii, famis, & bestiarum multarum mortes.

Rectè testatur Sapiens, quod Deus armabit creaturam ad ultionem inimicorum suorum: Sapientia 5. num. 28. Omnis creatura armatur à Deo contra peccatorem; nec mirum quod peccatores in tot supplicia, ac mala deveniant; nequit enim peccator, sine his poenis vitam agere. Pulchrè D. Nazianzenus homines peccatores vocat architectos, fabrosque iniquitatum, & poenarum suarum. Oration. in Sanct. Baptismo: Crede, ait, nullam mali essentiam esse, nec principium; sed nos pestiferumque spiritum, fabros ejus, & architectos esse. Architecti, fabricave, ut operam dent arti suæ, necesse habent, ingentes trabes volvere, & sibilis sæpè gemere, ac premittunt, sic peccatores, dum se tradunt peccatis, fabricantur, architecti sunt, ingentia moventes pondera laborum ac tribulationum contra se.

Deum ad divinum tribunal sistit ille Prodigus. Luc. 13. num. 18. dum Patri clamans ait: Pater, peccavi in caelum, & coram te. Cur meminit, se peccasse in caelum? Cur non contentus est, dicere, peccavi coram te, ut dicebat ille altei magnus penitens, Psal. 50. Tibi soli peccavi? Equidem dum sistit tribunalì divino, non solum Deum iratum meminit, sed toros cæli exercitu in se armatos veretur; nam et si cæli luminibeneignè in nos vitam habent; tamen in peccatorem omnia armantur; suam affluentiam denegant, ut famem excitent, novas exhalatione commovent, pestilentiam inferant; & venenatas bestias terræ furibundas exagitant in homi-

nem, ut undique omnibus prematur. Cùm peccatet contra Deum cæli, toros cæli exercitus contra se timebat, ut loquitur D. August. lib. 2. quaestionum Evangelic. cap. 33. Interfecto Abele, magno timore concutitur Cain; ei enim dictum est: Vagus, & profugus eris super terram. Genes. 4. num. 12. Græcos habet: Gemens, & tremens. Et si vis scire, quantus esset iste tremor Cain, audi Albinum quaest. 83. Umbram etiam commota arbuscula formidabat. Unde viro robusto, & forti tantus timor in occasione fratris peccavit ille in Deum; & inde tantum timorem hausit, ut ita omnia caelestia, ac terrestria timeret, ut etiam ab umbra folij unius arbusculæ paveret; & totus conturbatus tremere, & tantus tremor fuit causa Cain, ut placet Rupertto lib. 4. in Genes. cap. 10. ut civitatem ædificaret; sic ait ipse: Quia fratrem summociderat: ob hoc omnibus odiosus erat, vagus, & profugus: idcirco civitate, qua se tuetur, adstravit. Tamen ibi mortem non fugit, sed eam ibi convenit. Gen. 4. num. 23.

Apoc. 6. n. 9. Et cùm aperuisset sigillum quintum, vidi sub altare animas intersectorum propter Verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant.

VERSIONES.

Arabicus, & Syrus. Vidi sub altare animas eorum, qui mactati erant propter Verbum Dei, & propter testimonium Agni.

Pagninus. Cùm aperuissent sigillum quintum.

D. Aug. serm. 12. de Sanctis. Vidi sub ara Dei animas occisorum.

Aliqui Apud Vidi animas signatib. Variabil. T. gur.

D. Cyprian. Propter Verbum Dei, & propter Martyrium quod habetur.

EXPOSITIO VI.

U M aperuisset sigillum quintum. Explicato jam universali mundi cursu ab exordio ipsius Evangelii usque in finem mundi, in ipsis quatuor equis explicantur etiam, quæ ibi involvantur, & consecuta sunt: inter quæ præcipuum, ac gravissimum est negotium Martyrum, à quo multa arcana dependent divinæ voluntatis permittentis tot, & tanta tormenta suis electis: Vidi, non vocatur hic Joannes, ut veniat, ut in quatuor antecessoribus sigillis, quod partim pertinet ad miram, ac artificialem elegantiam ac varietatem hujus libri, in tantam à divina sapientia; partim quia hic jam non agitur

Sap. 5. Ansbert. Haymo. Richard. R-beira. Gagnaus. Ethius. Sa.

191. Cornel. Viegas.

193. Menoch. Fel. x. Papa.

D. Aug. D. Anselm. Richard.

Martyres sancti sub altare. D. Ambros.

Baron.

195.

Psal. 10. Apoc 7.

Altare ponitur veluti præcipua pars cæli.

agitur de universali mundi cursu, ut in præcedentibus, sed de aliquibus magis particularibus, usque de Martyribus.

Subtus altare animas intersectorum. Cælum constitutum est ad modum cujusdam templi, in quo Deus residet, & summe veneratur; in templo autem præcipua, & excellentior pars est altare: ad denotandum ergo, quod sanctis Martyribus data sit præcipua sedes in caelo, & valde vicina Christo, ideò dicuntur esse subtus altare, seu infra altare, quæ metaphora desumitur ex eo, quod corpora Martyrum in terris collocantur sub altari, ab exordio nascentis Ecclesiæ, ut pote excellentissimo, & valde honorifico loco. Propter Verbum Dei. Quia patenter, ac constanter Christum prædicabant; Et propter testimonium, quod habebant. Quia omnes testificabantur, se esse Christianos, & omnes fidei veritatem, ac innocentiam tuebantur.

QUÆSTIO XX.

Quidnam sit hoc altare, subtus quod Sancti Martyres clamant secundum litteram?

188. Tertull.

Victor.

Origen.

D. Bernard.

Primo Tertullianus libro de anima ad finem existimat, hunc animarum locum, esse paradisum terrestrem; ubi sunt Elias, & Henoch. Secundò, Victorinus vult esse loca quedam subterranea amentitate plena, & campis Elysiis similia. Tertio, Origenes libro secundo Periari. existimat, animas post mortem primùm duci ad quædam terrena loca, ubi defocant, & multùm edocet sunt; inde postea ducuntur ad loca aërea, ex quibus magis adhuc instructæ adducuntur in cælum ad Christum, ubi plenam omnium scientiam adipsicuntur. Quarto, Divus Bernardus in festo omnium Sanctorum censet animas mox à morte rapi supra cælum, ibique vident, & fruuntur humanitate Christi; divinitatem tamen non vident, nisi postquam acceperint stolam secundam, & consummatam, beatitudinem, post diem iudicii. Itaque altare, ut humanitas Christi, sub ejus conspectu clamant pro visione divinitatis: sed Sanctus Pater benigne est interpretandus quod tales beati non fruantur integra beatitudine hominis, siquidem carent gloria corporis.

Nam de fide est certum, animas planè à peccatis expurgatas, statim à morte videre Deum, esseque beatas, ita definit Concilium Florentinum, Tridentinum, Benedictus secundus, Innocentius tertius in Decretalibus de hac re editis; & hoc aperè significat Joannes, cùm ait, has animas habere stolas albas; & esse ante Dei thronum; eique servite die, ac nocte, cap. 7. seq. num. 15.

His sententiis relictis, secundum Orthodoxam doctrinam, alia sunt sententia; & Primò, Joachim Abbas hoc altare, putat esse Ecclesiam Romanam, sub cujus fide, & obedientia, quinta ætate, multi Mahometani interfecti sunt. Secundò Dyonysius tenet, animas esse sub altari: hoc est, eas esse in securissima Dei tutela.

189. Benedic. 2. Innoc. 3.

190. Joachim.